



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales,
Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas
Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares:
Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Notæ Ad Secundam Partem Qvæstionvm Beneficialivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

Notæ ad I. & II. Part. Quæst. Benefic. ix

tionem Episcopi, quia res non est tunc integra; Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 173. in principio, Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 21. Lambertin. de iure patron. lib. 2. part. 2. quæst. 7. princip. art. 1. num. 2. vers. Alia ratione.

- 62 Notandum quintò, quod si Legatus fecerit collationem beneficii pattonati tanquam de libero, ratificatio patroni postea subsequuta non valet, tum ex defectu lecturæ, Ludovii. decis. 311. num. 16. tum etiam quando mandatum ad præsentandum

in Legatione non fuit effectuatum: Lambertin. libro 2. part. 2. quæstione 1. articul. 21. & 22. numero 1. Tum etiam, quia non fit retrotractio in præiudicium Tertii, cui intermedio tempore jus quæsitum fuit: Sord. decis. 245. numero 8. Hodiern. ad decis. Sord. 70. numero 4. Tum, & denique, quia cum collatio fuerit facta tanquam de libero, non potest patronus id, quod suo nomine gestum non est, ratificare, ut alibi diximus.



NOTÆ AD SECUNDAM PARTEM

QVÆSTIONVM BENEFICIALIVM.

Notæ ad Cap. 1. §. 2. in fine.

- 63 **N**ota quod potest fieri ex speciali privilegio, ut beneficium non sit perpetuum: Rota decis. 379. numero quarto, parte 5. recentiorum.

Ad §. 4. cap. 1.

- 64 **V**trum pensionarius teneatur incedere in habitu & tonsura, tractat Rot. decis. 12. num. 4. 2. p. 5. recent.

Et vtrum pensionarius concurret ad onera, decidit Rota decis. 205. n. 1. & 2. & decis. 23. n. 4. parte 5. recent.

- 65 Ad num. 43. Adde quod in parochialibus pensio non debet excedere medietatem fructuum: Rota decis. 536. num. 6. parte 4. recent. tomo 3. idque ex stylo Dataræ.

- 66 Ad num. 58. Illi qui consentiunt pensioni dicitur, quod soluat, vel dimittat: Rot. decis. 287. num. 17. parte 5. recent.

Imò Cardinalis acceptans beneficium pensione grauatum sibi præiudicat, Rot. decis. 252. num. 25. part. 5. recent. tomo 2. quamvis alioquin onera pensionum Cardinales non sustineant: dicta decis. 45. 2. n. 4. & si quæ illis pensiones debeantur, illas transferre possunt: Rota ibid. n. 42. & 49.

Ad num. 71. semper apponenda est clausula, salvo beneplacito Sedis Apostolicæ, in pensionibus, etiam in illarum augmento: Rot. decis. 376. num. 5. parte 5. recent.

- 67 Ad num. 75. Nota quod Episcopus de iure communi potest reservare pensionem ad vitam pensionarii: Rot. decis. 386. numero 9. & 10. parte 5. recentior.

- 68 Item quod Prælati regularis pensionem temporalem super beneficio amouibili reservare potest: dicta decis. 386. n. 2.

Ad §. 6. cap. 1.

Vtrum Præceptorum Ordinum militarium sint verè beneficia, magna est quæstio, & vtrum simonia in eis committatur: de quo Dfana parte 6. tract. 8. resol. 17. & nos diximus infra, p. 3.

Nota etiam quod in beneficiis manualibus datur vacatio per obitum, & per promotionem. Rot. decis. 483. numero 11. & decis. 473. part. 5. recent. tomo 2.

Ad §. 9. cap. 1.

Nota quod dum dicitur num. 41. necessariam non esse protestationem veri Parochi aduersus intrusum, ut ab eo obtineat restitutionem quotidianarum distributionum: contrarium tenuit Rub. ad decis. 576. partis 4. recent. tomo 3. nempe restituendas quidem esse distributiones per intrusum vero & legitimo beneficii possessori, si illas intrusus percepit; si verò intrusus non percepit, vtpotè quia non refedit, hoc casu non teneri ad restitutionem distributionum quas percipere potuisset, nisi præcedat protestatio illius legitimi possessoris.

Ad §. 11. cap. 1.

Ad num. 36. adde quod sicut in beneficialibus datur multiplicatio titularum, ita & datur multiplicatio possessionum: Rota decis. 305. num. 3. part. 4. recent. tomo 2.

Ad §. 12. cap. 1.

Vide de materia numeri 33. infra cap. 18. n. 6. & sequentibus.

Notandum etiam, impetrationem eiusdem beneficii simul in titulum & commendam, esse nullam, ex Geminiano consil. 52. colum. 2. versic. sed non sic. Roman. consil. 350. a num. 13. ad 17. quia hoc est contra stylum: Paris. de resignat. benefic. lib. 10. quæst. 2. num. 14. Cokier. ad reg. Cancel. 63. num. 8.

Notæ

x Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

Notæ ad Cap. 2. §. 5.

- 73 **D**E materia Ecclesiarum receptiuarum, seu non numeratarum, tractant Gonzal. ad reg. 8. gloss. 9. §. 3. Massob. in praxi concurs. prelu. 5. dub. 1. Scraph. decis. 942. & 1160. Viuian. de iure patron. lib. 1. c. 1. n. 106.
- Notandum primo, quod in istis beneficiis Ecclesiarum receptiuarum non datur vacatio, nec per consequens subrogatio: Duran. decis. 425. num. 4. vide Rot. decis. 27. num. 5. p. 6. recent. 499. num. 8. partis 4. tomo 2.
- 74 Notandum secundo, quod Episcopus etiam cum consensu Capituli non potest antiquum statum Ecclesiarum mutare, conuertendo receptiuam in numeratam: Rot. decisio 515. part. 4. recentior. tomo 3.
- 75 Notandum est tertio, quod numerus in Ecclesia receptiuæ reducendus est iuxta fructus illius Ecclesiarum: Gonzal. dicta gloss. 9. §. 3. num. 1. Mantica decis. 229. num. 3.

Ad §. 6. cap. 2.

- 76 **D**E Ecclesia monoculari vide Duran. decis. 219. num. 5.

Notæ ad Cap. 3. §. 1.

- 77 **N**otandum primo, quod in beneficiis manualibus non cadit reservatio: Rot. decis. 290. p. 5. recent.
- 78 Notandum secundo, quid sit affectio: quod explicat Duran. decis. 154. n. 12.
- Notandum tertio, quod affectio durat etiam post mortem Papæ, quando beneficia fuerunt semel reservata: Duran. dicta decis. 154. n. 11. & 167. num. 8. & quomodo inter se differant affectio, & reservatio, tradit Rot. decis. 196. num. 13. parte 5. recent.
- Notandum quarto, quod statim ubi Papa appositum manum, beneficium dicitur affectum absque alia declaratione: Rot. decis. 344. num. 9. parte 5. recent.

Ad §. 3. cap. 3.

- 79 **N**otandum est primo, quod omnia beneficia Ecclesiarum exemptarum sunt reservata, sed tamen potest fieri quod in Ecclesia exempta sit aliquod beneficium non reservatum: quia aliud est Ecclesia; aliud est beneficium: Duran. decis. 92. in fine. Et hoc notandum est ad intelligentiam eorum quæ diximus cap. 128. num. 1. & cap. 196. n. 24.
- 80 Notandum secundo, ad num. 24. quod de beneficiis in Curia vacantibus tractatur in dec. 429. p. 5. recent. tom. 3.
- 81 Notandum tertio, quod Episcopi Sede Apostolica vacante conferunt in quibuscunque mensibus: Gonzal. ad reg. 8. §. 5. procemiali. n. 46.

Ad §. 5. cap. 3.

- 82 **C**onstitutionem Urbani, de qua num. 13. explicat Rota decis. 585. num. 45. & sequentib. p. 5. recent. tom. 2.
- Notandum ad num. 22. quod prouisus vigore Indulti non indiget noua prouisione Apostolica, quando Cardinalis contulit iure ordinario; secus

est si vigore indulti: Rot. dec. 530. n. 55. & 56. p. 4. recent. tom. 3.

Notandum secundo, quod ad hoc ut derogetur in indulto Cardinalis, requiritur specialis derogatio: Rota decis. 452. num. 6. & decis. 464. num. 1. parte 5. tomo 2. quia Cardinales sunt speciali nota digni. Ideo nec comprehenduntur sub regula, Rot. decis. 440. n. 1. eadem parte.

Ad §. 6. cap. 3.

Ad num. 11. nota quod iuxta hic scripta intelligi debent tradita per Carond. lib. 1. in praxi. Tornet lib. 1. num. 4. Maynard. lib. 1. cap. 69.

Ad num. 15. quid si valor esset expressus cum ditione In circa? Vide Rot. decis. 414. num. 11. & 12. p. 4. recent. tom. 2.

Ad num. 32. Rota Nuncios Apostolicos esse Iudices ordinarios, decis. 8. num. 8. parte 4. recent. tomo 2.

Ad §. 8. cap. 3.

Notandum primo, quod dicitur num. 33. regulam mentium cellare in beneficiis simultaneæ collationis inter Episcopum & Capitulum, fuisse confirmatum per Rotam decis. 100. num. 8. & 247. num. 3. part. 4. recent. tom. 2. & 588. num. 26. eadem parte 4. tom. 3.

Notandum secundo, quod illa regula comprehendit beneficia, quorum electio spectat ad inferiorem, institutio vero ad Episcopum: Rot. decis. 53. n. 9. p. 4. recent. tom. 2.

Notandum tertio, ad num. 35. quod Canonici qui non est in Sacris, virum gaudeat turno, dispensatum fuit apud Duran. decisio 168. 275. 290. & 460.

Notandum quarto, quod de modo probandi quod quis sit in turno ad presentandum, tractatur apud Duran. decis. 318. num. 1.

Notandum quinto, quod stante discordia super turno, Papa liberè prouidet: Duran. decis. 306. n. 11. & 12.

Notandum sexto, quod dicitur turnum consisti per prouisiones Apostolicas cum derogatione iurisdictionis, quomodo intelligitur, explicat Viuian. de iure patron. lib. 14. cap. 1. num. 113. vbi obest. Et quod dicitur de duobus presentantibus, eodem modo dicendum est de duobus collantibus, Joan. de Anan. & ibi Bologuin. conf. 43. de iure de Marin. cap. 228.

Notandum septimo, quod turnus consistit etiam per prouisiones factas ex causa permutationis, Bertrand. conf. 284. & 323. vol. 1. p. 1. Gloss. 45. §. 3. n. 52.

Ad §. 9. cap. 3. num. 28.

Vacante Sede Abbatiali, ad quem spectet collatio beneficiorum, tractat decis. 516. num. 8. & 9. parte 5. recent. tom. 2.

Ad n. 41. de forma eligendi Abbates, Duran. decis. 232.

Ad §. 11. cap. 3. num. 8.

Nota quod si Præpositura in simplici subditur institutione consistat, non est beneficium, Duran. decis. 340. & 381. n. 2.

Notæ ad II. Part. Quæst. Benefic. xj

Ad §. 12. cap. 3. num. 11.

Vide quæ dixi infra, cap. 193. in fine, & adde Duran. decis. 169. n. 9.

- 91 Ad num. 13. adde quod qualitatem sacerdotii beneficio annexam, non esse de necessitate, nec de stylo exprimentam, docet Garc. de benefic. part. 7. c. 1. n. 54. qui videndus est a n. 45.

Ad §. 14. cap. 3. num. 7.

- 92 Adde quod si lis pendeat in Rota, executor non potest procedere ad executionem, & si id faciat, committit attentatum, ut ait Rota decis. 469. n. 4. part. 4. recent. tom. 2.

- 93 Notandum etiam, quod Auditores Rotæ possunt absolvere à censuris ad cautelam: Rot. decis. 568. n. 33. eadem part. 4. tom. 2.

Ad §. 15. in fine dicti cap. 3.

De hac collatione ob iucundum Regis aduentum ad Coronam, aliquid dicit Gratian. discept. forensis. 478. n. 19.

Notæ ad Cap. 4. §. 1.

- 94 Notandum primò, quando fuerunt narrati duo modi vacationis ad num. 18. quod ista debent intelligi iuxta distinctionem Rotæ decis. 167. n. 14. part. 4. recent. tom. 2.

- 95 Notandum secundò, ad num. 9. quod licet provisiones Ordinarii non indigeant justificatione, Duran. decis. 350. n. 2. Tamen quando concurrunt cum provisionibus Apostolicis, plenè justificari debent: idem Duran. decis. 306. n. 6.

Ad §. 2. cap. 4.

- 96 Nùmero 8. adde Rot. decis. 39. n. 2. ubi de gratia conditionali agitur. p. 5. tom. 2. recent. Ad num. 16. de hac gratia in forma Dignum, Rot. decis. 569. num. 23. p. 5. recent. tom. 2.

Ad §. 5. num. 1. cap. 4.

- 97 Solus famus juris patronatus impedit reservationem, & subrogationem gratiosam. Rot. decis. 200. num. 15. part. 4. recent. tom. 2. Intellige ut numero 16.

Ad §. 6. num. 23. cap. 4.

Copiosè de hac materia Rot. decis. 312. part. 4. recent. & decis. 574. ead. part. tom. 3. v. de dicta supra, cap. 17. num. 6. & 7.

Ad §. 7. cap. 4.

- 98 Notandum primò, quod dimissio beneficii non valet nisi facta fuerit coram habente potestatem conferendi: Duran. decis. 237. n. 18. & sequentibus.

- 99 Notandum secundò, quod in permutatione conditionali jus amittitur, & vacatio inducitur, quando permutores sunt in culpa, quia sciebant adesse jus patronatus: Rot. decis. 190. n. 5. part. 2.

- 100 Notandum tertio, quod ad hoc ut per resignationem jus amittatur, requiritur quod illa fuerit admessa à Superiore. Paris. lib. 1. q. 6. n. 79.

Sanlegerii quest. & resol. civi. T. II. p. II.

Notandum quarto, quod si supplicatio fuerit data & subscripta viuo resignante, consensus per procuratorem præstitus post mortem resignantis est validus, ut fuit decisum coram Merlino dec. 281. num. 15.

Notandum quinto, quod in resignatione pensio referuari potest, non solum in fauorem resignantis, sed etiam in fauorem tertii: Rot. decis. 240. num. 14. part. 1. divers. & apud Viuiam, de jure patron. dec. 91. num. 17.

Ad §. 8. cap. 4. num. 9.

Propositum fuit aliàs dubium, quod quamvis non sit licita permutatio juris ad rem cum beneficio, in quo alius habet jus in re, tamen hoc fieri potest interveniente autoritate summi Pontificis: Posito itaque quod Papa talem permutationem permittat, dubitatum fuit vtrum evicto jure ad rem, sic permutato liceat redire ad jus primæum in beneficio permutato: Ego non vidi hanc quæstionem alibi decisam, sed existimo imputandum esse illi qui beneficium cum jure incerto permutavit, & idèd non licere illi ad suum beneficium redire, quia acquisivit jus dubium & incertum scienter: & ita consului ex doctrina Card. Tusch. li. 1. c. conclus. 366. n. 15. & 18.

Notandum est præterea quod de justa causa permutationis non creditur assertioni Ordinarii: Duran. decis. 163. n. 4.

Item quod ex inæqualitate beneficiorum præsumitur fraus, sed tamen inæqualitas nocet coram Ordinario, non coram Papa: Rot. decis. 132. n. 10. part. 5. recent.

An autem permutatio fieri possit sine necessitate, & coram quo, vide Duran. decis. 163. n. 4. & 118. num. 7. & 8.

Et si permutatio sit nulla, veluti facta inuitis patronis, quomodo succurratur: Rot. decis. 153. n. 20. parte 5. recent.

Denique vtrum jus abdicetur à resignante per viam permutationis, tradit Rot. decis. 119. ead. parte 5.

Ad §. 9. cap. 4. num. 13.

Adde quod jus patronatus conservatur, etiam si dos amissa fuerit, & tunc dicitur beneficium de pertica: Duran. decis. 285. n. 25. & 57.

Ad num. 29. Adde quod si lis esset inter Patronos, ille qui est in quasi possessione, præsentare potest, secus est, si lis sit inter præsentatos, tunc enim licet quis sit in quasi possessione conferendi, non potest alium inter duos colligantes præsentare: Rot. decis. 597. num. 37. part. 4. recent. tom. 3.

Notæ ad Cap. 5. §. 2. num. 5.

Notandum primò, quod Advocatus defendens reum sanguinis non incurrit irregularitatem. Rot. decis. 617. & ibi Additio Rubei n. 69. part. 4. tom. 3. recent.

Notandum secundò, quod damnatus ad trêmes non sit irregularis: Diana part. 4. tract. 2. de irregularit. resol. 83.

Notandum tertio, quod damnati ad trêmes petitiones ex eo solo non extinguuntur. Modern. de stylo Datar. cap. 26. §. 6. n. 5. quia, inquit, poterit talis damnatus in pristinum statum restitui: quod in casu occurrenti maturius cogitandum esset.

Y

Ad